

1928 K 944

2517 SI
L8,3
IOHANNIS DANIELIS TITII,
IN ACADEMIA VITEBERGENSI PHYSICES NUPER P.P.O.
ORDINIS SVI SENIORIS,

PROLVSIO ACADEMICA
DE
COMMENTIS PHYSICIS
POST EIVS OBITVM
AD INVITANDOS
VTRIVSQVE CANDIDATOS LAVREAE

FRIDIE KALEND. MAIAS ANNO C^I900CLXXXVII CONSEQUENDAE

PVBLICE PROPOSITA

A

IOANNE CHRISTIANO HENRICI,
PHILOS. DOCT. ATQVE ELOQVENTIAE PROF. PVBL. ORD.
ORDINIS SVI H. T. PRODECANO.

VITEBERGAE,
LITERIS TZSCHIEDRICHIL.

1497

JOHANNES DAVITIS TRINITATIS

CHRISTIANUS ALEXANDER

PROTASIO ACACIOPOLIS

COMBINATIIS PHYSICIS

IORT. ETIAE OPTIMUM

VIDE SOLITUDINE

TRINOCAR OEDIPIDES MULIER

AMPHITHEATRIS CIRCUS

JOHANNES DAVITIS TRINITATIS

CHRISTIANUS ALEXANDER

PROTASIO ACACIOPOLIS

COMBINATIIS PHYSICIS

IORT. ETIAE OPTIMUM

VIDE SOLITUDINE

TRINOCAR OEDIPIDES MULIER

AMPHITHEATRIS CIRCUS

— — — — —


P R A E F A T I O.

Haud leue super valius insitum est non modo Ordini nostro, sed roti etiam Academiae, et quamquam nihil improuisum atque inopinatum debet esse sapienti: tamen, quanto minus isto tempore casus hic tristis potuit timeri, tanto vehementius commouit animos. **TITIVS** enim noster, clarissimi vir nominis, et meritis in academiam nostram maximi aestimatus, repentino morbo correptus, quidquid mortale habuit, subito depositus. **Quod** igitur vel in ipso lecto fatali adhuc agitabat, Ordinis quippe sui tempore illo Decanus, confidere non potuit. Fuit scilicet in eo, ut hanc commentationem, quam in primis praeiorum publicorum candidatis hic exhibemur, absolucret, cuius etiam altera pars iam profligata fuit, ab altera vero elaboranda, non nisi seuerissimo medici consilio, aegre potuit retineri. Cum vero extremis in votis defuncti, de lectorum acuitate forte certissimi, id

❧

quoque esset, ut ne opella haec periret: filius, collega noster Experientissimus, iis facturus satis, paterno fetui obstetricias quasi manus admovit, ut in lucem posset prodire. Sicut igitur pro eo, ac debo, opusculo huic postumo lectorum, arbitrorunque doctorum indulgentium exoratam volo; ita Vos, Candidati honorum academicorum, diuinis humanisque literis exulti, ut nomina Vestra in tempore apud me profiteamini, humanissime rogo. Ex auctoritate enim Ordinis mei in locum defuncti suffectus, pridie Kalendas Maias amplificatoris dignitatis Vestrae in magna hominum doctissimorum panegyri solenni ritu agam partes. Adeste igitur, animos ad honestissimum certamen comparete, ac re strenue gesta, uominis Vestri certo expectate decus, quod meritis publica tribui solet auctoritate, quod non leue est scientiae testimonium, quodque multis multo maiores iam conciliauit honores, immo splendidissimas saepe fortunas. Datum Vibergae a. d. XII. Kalend. Mart. DCCLXXXVII.

DE



DE COMMENTIS PHYSICIS.

Vitiatam, ab omni inde tempore, hominum opinionibus et deli-
camentis philosophiam, omnemque litterarum disciplinam, esse,
tam inter omnes doctos aequa, quorum haec nosse interest; quam
indoctos constat, ut ea de re dubium amplius nullum supersit. At
que utinam opinionum haec commenta, diuturnitate temporis, et
assensu fere omnium confirmata, intra eas modo disciplinas, quae in-
genio maxime ortum debent, et in quibus doctis hominibus dicen-
ti, singendique aequa semper potestas fuit, quasi intra suos limites et

metas essent comprehensa; utinam non libuisset, praestantissimas se-
 verissimasque disciplinas; philosophiam speculativam et naturalem,
 ipsamque religionis doctrinam, segmentis his conturbare, vt non phi-
 losophorum amplius iudicia, sed delirantium somnia habeas. Non
 deest hoc loco rationum copia, quibus docere possim atque ostendere,
 commenta esse non reicienda omnia: primum quod ita sit insitum
 mentibus nostris, vt res, cum eas non percipiamus satis, singamus, ad
 perceptionem, imagines et formas; deinde, vt, quoniam commentis
 saepe insit quedam cum rebus fictis similitudo, et veri species, quae
 ad rei explicationem probabilem, licet erroneam, modum afferat;
 tertiam rationem duco, quod simulacula et species, quibus continen-
 tur, omnium saepissime, vt in physicis videmus, ad veri intelligentiam
 deducant, et conuertant. Cum itaque singulorum quedam sit com-
 mentorum utilitas, non more aut lege quadam, sed consensione et factis
 omnium aetatum constituta, intelligi necesse est, esse illa et haberi
 saepe veri vicaria, ad inueniendas res interdum apta et accommodata.
 Quod, quoniam fere constat inter omnes, praesertim eos, qui rerum
 naturalium causas et actiones perspiciunt, fateamur, constare illud
 etiam, eorum ysu excitari ingenium, animatumque in vero inueniendo
 acui, vt, segregatis inde vitiis, separari ab litterarum studiis omnino
 nequeant. Quare cum mihi quaerenti, quid sit de commentis, re-
 busque in vniuersum fictis, iudicandum, quorum tantus in vero in-
 veniendo ysus laudatur: vereantique, ne vel falsae rei temere assentiar,
 vel veram repudiem, faciendum videtur, vt primo quid sint et qua-
 lia commenta, deinde quantum illis in rerum intelligentia tribuendum
 fit,

sit, et quanam ratione iisdem philosophi, praesertim rerum naturalium
consulti, uti debeant, dispiciamus.

Quid commenta sint, prius ex antiquis scriptoribus intelligendum; quibus in rerum et verborum significatu constituendo, maxime
vtendum est. CICERO in primis, de commentis rebusque commentitiis plura habet in libris de Divinationibus, et de Natura Deorum,
alibi, habent SVETONIUS, LIVIUS, PLINIUS. Sed omnium praestans-
tissimus TULLIUS, locus est, (*de Nat. Deor. lib. II. c. 2. n. 5.*) qui non
solum insignem moralis doctrinae sententiam, sed pulchrum quoque in-
terpretationis momentum, immo naturalem quandam temporis in mor-
talium opiniones actionem: quando Deum esse diurnitate temporis,
omniumque gentium consensu, asserit, hunc in modum: opinio-
num commenta delet dies, naturae iudicia confirmat. Vnde eo in
loco opiniones commentitias sive ficticias intelligit, quod alia illius
loca probant, in quibus fictitium cum commentatio, sic, vt alterum,
quasi alterum explicet, coniungit, (*de Nat. Deor. lib. II. c. 28. n. 70.*
Dii commentitii et ficti; *de Offic. lib. III. c. 9. n. 39.* fabula ficta et
commentitia.) Alibi ex cogitatione, nouum et commentitium simul
vsurpat, vt noua et commentitia nomina, (*de Finib. lib. V. c. 30. n. 90.*)
Eam in rem facit egregius apud SVETONIUM (in Tiberio Claudio c. 21.)
locus, in quo scriptor narrat, quod spectacula complura et magnifica
Claudius ediderit, non visitata modo, ac solitis locis, sed etiam com-
mentitia et ex antiquitate repetita, quorum antea non fuerint exem-
pla. Hic in partes interpretum, vt PICTOR, qui commentitia sper-
cta




glacula pro nouis, recens excoxitatis, habent, libens transeo, eti
 additur, eadem nullo antea exemplo instituta esse. Erant enim R.
 imae noua, antea non visa, nec vñquam proposita. Maxime porro
 perspicuous est locus Livii (LXXXIII, 41.) indelem commenti mul-
 to clarius exponentis. Narrat ibideū in pugna Romanorum cum Perſeo
 rege Macedonum, ab elephantis in aciem inductis, primo fugam Ma-
 cedonum singulari euentu ortam fuisse; sicut, inquit, pleraque noua
 commenta mortalium in verbis vim habent, experiendo; quum agi,
 non quemadmodum agantur, edificari oportet; sine vlo effectu eu-
 nescunt, his addit: ita tum elephanti in acie nomen tantum, sine vſa
 fuerunt. Elephantorum enim impetum subsecuti sunt socii nominis
 Latini, populeruntque lacuum cornu, neque illa evidentior cauſa
 victoriae fuit, quam quod multa passim proelia erant, que fluctuan-
 tem turbarunt primo, dein disicerunt phalangem. Et Doujatus
 per commenta, vt ipse euentus testatur, noua inuenta intelligit, quo-
 rum vis in nominibus magis, et in ipso aspeetu, quam in re
 consistit; quae vbi ad exp̄riendum accedimus, non agitandum aut
 differendum est, qua ratione sint exsequenda, sed opus est, vt ea
 executioni mandentur, quae nullius plerumque momenti aut effectus
 reperiuntur. Neque ab isto significatu reliqui auctores latini abhor-
 rent, apud quos hoc vocabulum occurrit. Apud COLVSELLAM (de Re Rust. lib. VII. c. 5. 17.) memorantur Dolis Mentesiae, Aegyptiacæ gen-
 tis auctoris, commenta, quae graece ὑπομνήματα appellantur; PLI-
 NIUS vero (Hist. natur. lib. 24. c. 17.) Democriti libros Chirocme-
 ta, quasi manuscriptorum libros dicerēs, et refert, quod in isto eius

opere

opere prodigiosa quaedam artificia manuum motu et labore peragenda, proponi. VITRVVIUS quoque (lib. 9. c. 3.) Democriti commentarium *Χειροπηγῶν* allegat, in quo legitur Democritum annulo vsum fuisse ad signandum in cera molli, quae esset expertus. Commenta ergo hic pro efficiis, prodigiosis habentur.

Recentiores tamen reūlius commentum definiunt per excogitatum erroneum, seu figmentum inane, quod inuenti nomine indignum est. Id circa commenta non sunt, nisi ludibria ingenii humani et figura inania, quae chimaerae, aut commentitiae et erroneae opiniones dici merentur. Notione interdum imaginaria, ob quandam similitudinem singuntur, quae non sunt, ut quasi per imaginem quan-dam id concipiatur, cuius nulla esse potest imago. Ad huiusmodi notiones et enuntiationes mere imaginarias pertinent commenta, a quibus nempe eruditii immunes esse solent, horum commenta ad summum entia mere imaginaria sunt, (WOLFI Philos. Moral. P. I. §. 373.) imo interdum abstractionum abortus pariunt. Interim notiones mere imaginariae, ab illis, quae non sunt mere erroneae, sed aliquid habent simile veri, omnino disinguuntur.

Commenta imaginaria, quatenus sunt veri vicaria, in litterarum disciplinis toleranda sunt; nimirum quatenus veri vicaria, ea veri sunt familia, et veris substitui possunt, quatenus eadem qualitate gaudent, et eodem modo, ut vera determinantur. Sunt autem huius-



modi entia, veri vicaria, a commentis oriunda, quae ideo in disciplinis substitutionis verorum loco feruntur, et rudiorum in gratiam hominum veris aliquando subrogantur. Alia vero commenta nil sunt, nisi mera figura, et inane opiniones, a ratione aberrantes et nullius frugis; alia autem verum continent, et ex parte rei, ad cuius similitudinem finguntur, consentanea, ex parte ab ea dissentanea sunt; et postremorum ratio imprimis habetur, vbi aliquod ignotum iudicij acumine et imaginationis vi inueniendum sit. Dici solent commenta eruditorum, et habitus utcunque interdum peruersa fingendi, quae non sunt, vel habitus qualiacunque excogitandi, ars comminiscendi est. (WOLF. l. c. §. 372.) Utuntur ipsis commentis in primis poetae, et his similes pictores, sculptores, alii, fingendo suos Deos, Deas, fabulas, historias, et rerum diuersarum simulacra, visas Deorum formas, et eorum voces exauditas. CICERO fabularum somnia, praesertim interpretationes earundem factas, commentatias res vocat, his tamen veteres insignem fidem haberunt, quorum cunctus saepe mirabiles exfliterunt. Utuntur his commentis Physici et Astronomi ad suas hypotheses comminiscendas aut confirmandas deinde, aut negligendas. Sic Ios. SCALIGER, CAES. MARSIGLI, quin ipse PICARDVS meridiani directionem longissimo tempore mutari, falsis observationibus commenti sunt. (RICCIOLI Almag. Nov. Tom. II. p. 347. LVOETS, Einleitung zur Kenntnis der Erdkugel, §. 491.) Multas medici, multas rerum publicarum gubernatores, multas agricultorae habent opiniones, quarum maxima pars
inter

inter commentitias irrepererit. Interdum phaenomena naturae in commentaria abeunt, si, qualia apparent, talia extra mentem existere finguntur; cuius rei iris luculento exemplo est, si istiusmodi ens, quale refert iridis imago, extra mentein vere existere sumitur. Quando ergo in experiendo fingimus esse, quod non est, vulgare vitium quod subreptionis appellatur, committimus, et commentis originem, attentionis neglectu, ipsi praebemus.

Contingit quoque, ut quaedam commenta magis minusue speciosa, et ingeniosa, alia subtilia satis, alia crassa, aut prorsus insulsæ apparet, phaenomenorum instar, quae ideo aliquamdiu maiori minoriue applausu ignororum excipiuntur, et sectas errorum producunt. Quanquam aliquando et prisca commenta, simili errore, denuo ex cogitantur, suisque auctoribus, quos ad ea amplectenda inducunt, ut noua et egregia placent, ab aliis tamen historiae litterariae peritis ab oreu reuocata recte dicuntur.

Quae cum verissima sint; arte comminiscendi doctrinae studia cum spe exulta, hominumque societati magna commoda adducta fuisse, vix quisquam negabit, qui facultates animi proprius intellexerit. Haec me quidem cogitantem ipsa res in hanc potissimum sententiam ducit, ut exsiliem, commentorum fragmentis parum quidem utilitatis afferri litteris et disciplinis, has vero sine iisdem vix ad summum perspicuitatis rectique gradum delatas esse. Vix enim quantum

b 2

eius.

eiusmodi exercitatio iudicium acuat, quantum ad componendam scientiam explicandi res obscuras, faciat, dici potest. Num vero ingenio ac animi iudicio literae plus debeant, iam olim apud maximos homines lis agitata est, suisque utrinque testimoniiis eadem et oppugnari et defendi potest, vt, de illa, quanti facienda sit, non amplius disquirere iuuet. Mihī certe, si quid hac in re iudicare licet, nec a corruptione, quam litterarum disciplinis adduxerit, liberari, nec utilitate, quam sane magnam habuerunt, priuari figmenta et ingenii commenta possunt.



Wittenberg, Diss.; Ergbd. 8, 1797-1801



vol18

70-202
S.



	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black	B.I.G.
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
	19	18	17	16	15	14	13	12	11	10
	8	7	6	5	4	3	2	1		

IOHANNIS DANIELIS TITII
IN ACADEMIA VITEBERGENSI PHYSICES NUPER P. P. O.
ORDINIS SVI SENIORIS,

PROLVSIO ACADEMICA

D E

COMMENTIS PHYSICIS

POST EIVS OBITVM

AD INVITANDOS

VTRIVSQUE CANDIDATOS LAVREAE

PRIDIE KALEND. MAIAS ANNO CICLOCLXXXVII CONSEQUENDAE

P V B L I C E P R O P O S I T A

2

IOANNE CHRISTIANO HENRICI

PHILOS. DOCT. ATQVE ELOQVENTIAE PROF. PVBL. ORD.
ORDINIS SVI H. T. PRODECANO.

VITEBERGAE,
LITERIS TZSCHIEDRICHIL